



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LXVI. Gerwinus, Propst zu Bernau, genehmigt die Stiftung des Katharinen-Altars in der dortigen Pfarrkirche, am 19. Februar 1346.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

LXVI. Gerwinus, Propst zu Bernau, genehmigt die Stiftung des Katharinen-Altars in der dortigen Pfarrkirche, am 19. Februar 1346.

Nos Gherwinus, Dei gracia Prepositus Bernowensis ecclesie, omnibus presentes visuris seu auditoris notum facimus publice protestantes, Quod Consules ciuitatis Bernowe vna cum omnibus Kalendarum ibidem fratribus instantes preces fecerunt coram nobis, vt fundacionem et dotacionem, quam pie intendebant ad altare Sancte Katherine virginis nostra in ecclesia Bernowe ob intuitum Jhesu Christi et eorum precum instantiam admitteremus et nostrum plenum consensum adhiberemus Vnde nos Christi amore matrisque sue Virginis Marie, Sancte Virginis Katherine ac omnium Sanctorum honore, pia deuocione nostre anime ac animarum omnium fidelium pro salute eorum precibus et voluntatibus visis et auditis plenum consensum nostrum ad dicti altaris fundacionem et dotacionem firmiter dedimus et fideliter adhibuimus. Insuper ad vere fundacionis taxati altaris et dotacionis noticiam ab omnibus scire volumus, quod dicti Kalendarum Fratres tria frustra in uilla Mhere empta et Situata libere redimerunt omnique iure redempta per litteras Domini Ludowici, Marchionis Sigillatas confirmata ad altare supra notatum in perpetuam elemosinam apposuerunt duratura. Simili modo Bethemannus, Senior, Bethmannus, Filius eius, dicti Botel, duo frustra videlicet vnum talentum super domum Hermanni, dicti Botel et vnum chorum Siliginis in uilla Cepernic super curiam filiorum reliete iuuenis Situatum, renunciantes omni iuri, quod ipsis uel heredibus eorum in dictis Bonis competere posset in presenti uel in futuro; Nec non Margareta, Cunradi Sartoris felicis memorie relicta eius quoque Filii et heredes duo talenta videlicet vnum talentum Super vicinorem stipam cimiterii Situatum et vnum talentum Super domum Johannis Nigri apud cimiterium Situatum omni iuri renunctiatio, cum pia intencione ad idem altare in perpetuam elemosinam erogarunt duraturam Animarum earum eorumque Successorum et omnium fidelium defunctorum ob memoriam perpetuis temporibus retinendam. Et ne huius fundacionis ac donacionis elemosine a quocunque violetur Sigillum nostrum in euidentiam premissorum presentibus dedimus apponendum. Eciam volumus, quod omnes vicarii altaris infra recitati diuinis officiiis Singulis diebus, videlicet matutinarum, missarum ac vesperarum interfint et se ingerant votualesque denarios quoscunque nobis presentare et dare non reculent. Datum Anno Domini M^o CCC^o XLVI^o, ipsa Dominica, qua cantatur exurge.

Aus Bedmann's handschriftlichem Nachlasse.

LXVII. Markgraf Waldemar versichert die Stadt Wusterhausen a. d. Dosse, daß sie nicht mehr Zoll als andere Märkische Städte geben soll, am 12. Februar 1349.

Wy Woldemar, van der Genade Godes thu Brandenburg, tho Lufitz vnd thu Landesberg Marggraffe vndt oberste Cämerer des hiligen Romischen Ricks, Bekenne vnd betugen openbarliken in diesem Briefe, dat wi durch Frundschaft vnd durch sunderlicker Truwe, die vnfs die edle